



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob

Monachii, 1706

VI. De crimine Sodomiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](#)

ARTICULUS VI.

De crimine Sodomiae.

SUMMARIUM.

74. *Ista committitur coitu ejusdem sexus personarum.*
V. Luxuria, q. 5. & Azor p. 3. Instit. Moral. lib. 3. cap. 20. q. 1. qui propterea, crimen hoc mitiori quam propriè dictam Sodomiam poenâ afficiendum, docet contra Covarruviam de Sponsal. p. 2. cap. 7. §. 5. n. 7. Clarum Prax. Crim. §. Sodomia n. 2. & Farinac. Pract. Criminal. q. 148. n. 35. id ordinariâ Sodomitarum & mortis poenâ coercendum, variarum provinciarum praxi allegatâ, afferentes.
75. *Non solâ sui pollutione:*
76. Neque ullò coitu viri cum fœmina,
77. Et hominâ cum bruto animali;
78. Neque etiam cum persona disparis cultis
79. Vera Sodomia pœna Divinô,
80. Et humanô, tam Imperiali;
81. Quâm Ecclesiastico Jure prodite.
74. **N**efandum hoc & monstrorum libidinis crimen, originem ac nomen à Sodomie trahit, Genes. cap. 19. v. 5. & propriè strictèque acceptum est Coitus contra naturam inter duos, non servatō debitō sexu: sicut contingit, quando cum mare mas aut fœmina cum fœmina concubit, ut ex V. cit. Ocean. Ulys. 32. q. 7. defumitur & tradit S. Thomas 2.2. q. 154. art. 1. Ex qua ejus explicatione
75. Patet, quantumvis contra naturam, propriè tamen non Sodomiam, sed ei tantum affinia crima esse. Primò peccatum Mollitici, quô homo voluntariè polluit se ipsum: quod, quia clanculum & secretò solet exerceri, ad forum contentiosum viri unquam solet deducit: cùm autem deducitur, extraordinariâ vg. relevationis aut fustigationis poenâ coercendum, sentent Damhud. Prax. Criminal. cap. 96. n. 6. & Haunold. Tom. 6. de J. & J. Tract. 2. n. 575.
76. Secundò, concubitum maris cum fœmina, non servatō debitō vase; quia, licet non vas, sexus tamē debit⁹, contrà quām in vera Sodomia solet, observatur, Sylvester
- V. Luxuria, q. 5. & Azor p. 3. Instit. Moral. lib. 3. cap. 20. q. 1. qui propterea, crimen hoc mitiori quam propriè dictam Sodomiam poenâ afficiendum, docet contra Covarruviam de Sponsal. p. 2. cap. 7. §. 5. n. 7. Clarum Prax. Crim. §. Sodomia n. 2. & Farinac. Pract. Criminal. q. 148. n. 35. id ordinariâ Sodomitarum & mortis poenâ coercendum, variarum provinciarum praxi allegatâ, afferentes.*
- Tertiò coitum hominî cum bruto 77. animali; quantumvis enim foedissimæ istius turpitudinis monstrum ad Sodomiam passim revocetur, istâque non minus; imò magis abominandum, & nefandissimum crimen sit, propriè tamen Bestialitas vocatur, ejusque perpetrati rei verorum Sodomitarum instar Ordinat. Caroline art. 116. morte plectendi & comburendi dicuntur, secundum receptam consuetudinem: quâ, licet aliquando vivi, frequenter tamen ad evitandum desperationis & interitus animarum periculum prius capite plexi cum bruto comburi tolent, ad imitationem Legis Divinæ Veteris, pecus cum homine interfici præcipientis, Levitici cap. 20. V. 15. ne flagitii tam horribili memoria & vestigium ullum inter homines extet, Clarus §. Fornicatio, n. 27. Farinac. cit. q. 148. n. 46. & Haunold. Tom. 6. tract. 2. n. 576.
- Multò minus, quâm tria haec tenus recentitas Sodomiticum crimen est commercium carnale viri Christiani cum fœmina Judæa vel Pagana, aut hujusmodi viri cum fœmina Fidelis. Quavis enim propter irreverentiam, & Legi ac nominis Christiano illatam injuriam, delictum hoc graviori, quâm alia simplices fornicationes: & quando conjugii velamen intervenit, adulterii poenâ plectendum sit, l. Ne quis 6. C. de Judæa, specie tamen à simpli Fornicatione non differt: & arbitrio judicis, mitiori tamen, quam capitatis poenâ

Cc 3

§.

tis pœna id coercendum , cum Claro §.
Fornicatio cit. n. 26. & Menochio de Ar-
bitr. casu 290. n. 9. afferit cit. Farinac.
q. 139. n. 3.

79. Propriè autem & strictè acceptum,
sive inter eisdem sexis homines perpe-
tratum Sodomiae crimen, sicut ob sua fe-
ditatis enorimatē indignitatēmque à
Natura conditor Deo, ultricibus flam-
mis de coelo missis, subversione Pentapo-
leos, istiusque habitatorum interitu abo-
litum , Genet. cap. 19. V. 24. eoque per
Moylen præcipiente, morte expiandum
postea fuit, Qui dormierit cum masculo
eouit famineo, uterque operatus est nefas,
morte moriantur, Levitici cap. 20. V. 13.
sic in Novo Testamento exquisitus sup-
pliciis est vindicatum.

80. Et Jure quidem Imperiali lex Julia
à Constantino & Constance Imp. leges
infurgere, armari Jura gladio ultore &
infames, hoc est, nefandæ libidinis perpe-
trata reos, exquisitis pœnis subdi juben-
tibus, I. Cùm vir 31. C. ad L. Jul. de
Adult. & à Justiniano §. Item lex 4. Instr.
de Publ. jud. & Novell. 77. cap. 1. §. 2.
confirmata, consuetudine autem cerebri-
que recepta sic exasperata est; ut hodie ejus
criminis rei vivi, aut eorum saltem morte
punitorum cadavera igne concrementur,
teste cit. Farinacio cit. q. 148. n. 7. Quam
Sodomitas comburendi consuetudinem
Carolus V. Ordinat. Criminal. art. 116.
volutuit observari. Præterea ejusmodi
criminosi etiam ante accusationem & con-
demnationem ipso Jure sunt infames, per
textum & Glosam in I. Cùm vir. cit. V.
Infames, rerūmque suarum, fisco ceden-
tiū, dominio ipso Jure privantur, c. Cùm
secundum 19. de Hereticis in 6. Glosa
ibi, V. Perdant. Hanc tamen privationis
pœnam non ubique usu receptam, notant
cit. Clarus §. Sodomia, n. 6. & Farinac.
n. 139. 15.

Jure autem Ecclesiastico hujusmodi
nefandi, Sodomitici, inquam, criminis rei
laici, præterquam quod, sicut ab adulteris,
etiam ab ipsis divertere conjux innocens
valeat, arg. can. Omnes 32. q. 7. & infa-
mes fiant arg. can. Infames 2. pr. 3. q. 7.
à fidelium communione, donec condi-
gnam penitentiam egerint, penitus ex-
cludendi: si verò clerici sint, beneficiis
privati & ab officio atque Ordine clericali
depositi ad agendam penitentiam in ar-
ctum Monasterium sunt derudendi, &
Clerici 4. de Excess. Prelat.

Demum Jure novissimō Constitutione
Pii V. qua incipit Horrendum, edita 3.
Septemb. 1568. Clerici quicunque Sodo-
miam exercentes omni privilegiō clerica-
li, officio, dignitate & beneficio Ecclesiasti-
co privati, & per judicem Ecclesiasti-
cum degradati, tradendi sunt curia seu
potestati Seculari; ut in ejusmodi crimi-
nis reos laicos lege constitutis pœnis affi-
ciantur. Quibus tamen pœnis ut locus
sit, Sodomiam non solum attentatum, sed
consummatam: neque tantum semel ite-
rūmque commissam, sed frequentatam
exigunt, volunt Suarez de Censurie disp. 31.
f. 4. n. 21. & alii DD. relatis Barboza in
c. Clerici cit. n. 7. & 8. Ea etiam non de-
gradationis tantum & clericalium privi-
legiorum amissionis pœna, sed officii quo-
que dignitatis & beneficij Ecclesiastici
privatio non incurrit ipsō factō; sed
sententiam condemnatoriam, vel si ipsō
factō contrahatur, criminis declaratori-
am & ad ejus commissi diem retrahen-
dam exposcit, ut cum cit. Suarez n. 22. ob-
servat. Quaranta V. Sodomia in Addit. 15.
mit. 5.



TITU,